



ILICONIS UMMII FRISII  
BUTJADÆ

Disputatio ad processum judicarium di-  
recta tertia.

De Procuratoribus.

Respondente

ANDREA CRUSIO GRÆCENSE-STYRO.

Continuatio.

Satis de Advocatis. Attexamus nunc aliquid de Procuratoribus. Nam & eorum  
usum in judicio perquam necessarium esse, & ut qui ipsi suis rebus super  
esse vel nolunt, vel non possunt, per alios possint vel agere, vel conve-  
niri post Vlpian. in l. i. §. pen. de procurat. docuit Donell. 18. comm. 9.  
pag. 178. & seq.

THESIS I.

**P**rocuratoris verbum ambiguum est. 1. In spe-  
cie denotat eum, qui ex mandato sive actoris,  
sive rei jus in judicio persequitur tueri & 2.  
defensor vero est procurator, qui reum in ju-  
dicio defendit. 3.

1. Quandoq; enim pro negotiorum gestore sumitur, sive qui negotia nostra extra-  
judicialia absq; mandato administrat: l. si ego 24. d. negot. gest. l. 13. §. si quis.  
d. pet. hered. Gilk. 2. d. usufrucap. 2. c. 2. num. 16. Quandoq; denotat, qui prae  
mandato extra judicium negotiorum nostrorum curam suscipit l. 33. in pr. d. pro-  
cur. l. 10. §. 5. & passim. ff. mandati. Quandoq; etiam designat, qui alterius cau-  
se in judicio praestit sive agendo sive excipiendo text. est in d. l. i. §. pen. l. 71. cum  
l. seq. ff. h. §. 4. l. d. satisd. Quae hujus loci significatio propria est. Quomodo  
procuratoris nomine venire existimo procuratorem in specie, & defensorem.

2. d. l.